



*Monsfort sc̄ecit.*

RST 301.233

2

*PROD. AD INSTIT. THEOLOG.*

que gentiles Philosophi, ipsique Poetae, aliisque quicumque de Numinis quopiam, diuinisque rebus scripsere, Theologi ab eodem Augustino vocati sunt (3).

Sed e contrario accipitur vocabulum Theologia strictissime pro sola de Deo vero diuinisque tractatione ex diuina reuelatione ducta, quemadmodum antiquiores Ecclesiae Patres illud acceperunt. In de Theologi nomen singulari quadam excellentia Ioanni Euangelistae tributum est; quoniam prae reliquis Scriptoribus Euangelicis de Verbi diuinitate nitidius fuit sermocinatus. Has inter acceptiones media alia adinuenta est, generica licet, pro omni nempe et sola dissertatione seu sermone de Deo potissimum; posthac de rebus aliis in Dei cognitionem et cultum ducentibus, siue naturales illae sint, siue supernaturales. Quam iuxta significationem Theologia aptissime definitur: „Disciplina, quae de Deo rebusque diuinis, aut